IVSTI LIPSI DISSERTATIVNCVLA APVD PRINCIPES:

item

C. PLINI PANEGYRICVS LIBER TRAIANO DICTVS,

Cum eiuſdem LIPSI perpetuo COMMENTARIO.

Editio tertia, aucta & emendata.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Balthaſarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meurſium.
M. DC. XXII.
Cum Priuilegiis Cæſareo & duorum Regum, & Principum Belgarum.

SER[MIS] POTENTISSIMISQVE

PRINCIPIBVS

ALBERTO MAXIMILIANI II. IMP. FILIO, FERDINANDI NEPOTI, RVDOLFI II. FRATRI:

ET

ISABELLAE CLARÆ EVGENIÆ, PHILIPPI II. CATHOLICI REGIS FILIÆ, CAROLI V. IMP. ET REGIS NEPTI, PHILIPPI III. REGIS SORORI, INFANTI HISPANIARVM:

ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ, DVCIBVS BVRGVNDIÆ, PRINCIPIBVS DYNASTISQVE BELGARVM:

IVSTVS LIPSIVS

SESE ATQVE ISTA

CVM ÆTERNA FIDE, CVLTV, OBSEQVIO, DEDICAT CONSECRATQVE.

IVSTI LIPSI

DISSERTATIVNCVLA

apud

SERENISSIMOS

ALBERTVM

ET

ISABELLAM

BELGARVM PRINCIPES

extemporanea:

Poſtridie diei Auſpicalis, qui fuit ſeptimus Kal. Decembrium, anni M.D.XCIX.

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPES,

ETSI fateor haud planè rudem & tironem me eſſe in dicendo; tamen hic ſplendor veſter, qui oculis meis inopinatus apparuit, & hic inſolens conſeſſus, turbat me aliquid (non nego) ſed & delectat. Sicut qui è tenebris & longo ſitu ad ſolem ſubitò educuntur, caligat ijs acies, & oculi præſtringuntur: ſic mihi euenit, & duo ſimul maxima ſidera cùm video, hunc SOLEM, vt ita dicam, & hanc LVNAM, hebeſcit nonnihil ingenij acies, & linguæ hæc promptitudo retardatur. Quid tamen eſt? ſicut idem ille ſol excitat mox & recreat, & innatâ ſuâ vi dat vigorem: ſic mihi ſentio ab aſpectu veſtro alacritatem infundi, & ijſdem, quibus terrebar, excitari. Itaque parebo libens meritò vobis. me voluiſtis ſubitò & ex tempore pauca dicere; pauca certè erunt, & ideò excuſata, quia ſubita & ex tempore. Non recedam autem longè (nam & ſic iuſſiſtis) à more lectionis ſolitæ: *Annæum Senecam* (æternum Hiſpaniæ decus) in manus ſumam, & pauca eius verba à conſeſſu & tempore hoc non aliena, cum bo-

C. PLINI SECVNDI
PANEGYRICVS LIBER,

Quem
IMP. NERVAE TRAIANO
OPTIMO PRINCIPI
ſcripſit ſiue dixit:

Et ad eum IVSTI LIPSI
COMMENTARIVS P. P.

AD LECTOREM MEVM,

CVI SALVS.

HABES *hic perpetuum, ſed breuem meum* Commentarium, *in* Plinij *ſcitam, & ſuper Græcas* Latináſque *laudatam,* Laudationem. *Perpetuum ita, vt nec minora ſæpe pigeat attingere, & diſcingere: quia memini quibus, & cui generi, præcipuè hæc ſcripſerim. nempe Palatinis noſtris: quos votum meum ſit, præclara hæc legere, intelligere, atque vtinam, bis vtinam, obſequi & audire. Itaque nec tenuia interdum tranſeo: quia pleroſque illos tranſiſſe per hæc ſtudia ſcio, vel feſtinantes, vel occupatos. ideoq; iuuandos à nobis, præſertim in argutiis, aut ritibus: & vtrorumq; copia eſt in hoc ſcripto. Sed breuiter tamen hæc omnia. quod pro illorum guſtu arbitror, fortaſſe & vſu: nec nimis nunc probo, qui in ſingulis inſiſtunt, & vni alicui ritui explicando paginas donant. Modicè ſatis eſt, & quod in rem præſentem ſufficiat: plura, pompam magis habeant, quàm fructum. Quid, quòd nec Schemata, & ornatus illos floridæ orationis tango? nam viſum mihi pertenuia hæc & Scholaſtica eſſe, quæ didiciſſe oporteat magis quàm diſcere: aut alio certè doctore diſcere, neque* Aquila, *vt in prouerbio eſt,* captat muſcas. *Ergo Politica & grauiora illa dogmata explicares, dicet alius: & conueniebat Aula, cui*

ſcri-

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. XXII.